

vitatem rei et magnitudinem pecunie ad universum populum civitatis delata placuit, ut Apollo Delphicus consuleretur, cuinam adiudicari deberet mensa. Deus respondit, illi esse dandam, qui sapientia ceteros anteiret <id est precelleret>. Thales autem Milesius, qui fuit tunc sapientior, accipere meruit eam. Quo mortuo iterum sapientiori relicta est et sic successive de tempore in tempus per omnium septem sapientium orbem ad ultimum Solonem pervenit, qui titulum amplissime prudentie et premium ad ipsum Apollinem transtulit, sapientiam et iudicium pariter commendabiliter efferendo et prudentie sensum iudicii conveniencia titulando.

Concurrente populo et mirante placuit, ut Apollo Delphicus consuleretur, cui adiudicari deberet. Qui respondit dandam esse illi, qui sapientia ceteris premineret, et oblata est Thaleti.

Hic eam cessit Byanti et ille alteri per omnium sapientium orbem usque ad Solonem, qui titulum amplissime prudentie et premium ad Apollinem transtulit¹²⁴.

124) Ps.-Burley, De vita et moribus philosophorum, ed. Hermann KNUST (Bibliothek des Literarischen Vereins in Stuttgart 177, 1886) S. 4.